I lliq; exopto ut reliquam uitam exigat
C um eo uiro me qui sit fortunatior ;
Q uando quidem illam á me distrahit necessitas .
PHI · T ibi inmanu est ne fiat LA si sanus satis sies
I ube illam redire PĀ · non est consilium pater ;
M atris seruibo commodis LA quo abis ; mane .
M ane inquam quo abis PHI quę hęc est pertinacias ;
LA . D ixin phidippe hanc rem egre laturum esse eum .
Q uamobrem te orabam ut filiam remitteres .
PHI · N on credidi edepol adeo inhumanum fore .
I ta me nunc is sibi supplicaturum putat ;
S i est ut uelit uxorem reducere licet .
S in alio est animo · renumeret dotem huc · eat .
LA · E cce autem tu quoq; propter ue iracundus es .
PHI · P ercontumax redisti huc nobis pamphile .
LA · D ecedet iam ira hęc ; & si merito iratus est .
PHI · Q uia paululum uobis accessit pecunię
S ublati animi sunt LA . et iam mecum litigas .
PHI · D eliberet ; denuntietq; hodie mihi uelit ne an non
A lii ut si huic non sit siet LA phidippe ades ; audi
P aucis . abiit . quid mea . ; postremo inter se transigant
I psis ut lubet ; quando nec gnatus neq; huic mihi quicquam obtemperant .
Q uę dico paruipendunt . porto hoc iurgium ad uxorem
C uius hęc consilio fiunt omnia . atq; in eam
H oc omne quod mihi est egre euomam .

MIRRHINA · PHIDIPPUS ·

P Erii . quid agam ; quo me uortam ; quid uiro meo respondebo
Misera , nam audisse uocem pueri uisus est infantis uagientis .
I ta corripuit derepente tacitus se se ad filiam .
Q si resciverit peperisse eam , id qua causa clam me habuisse dicam ;

Petrusco lom

Non edepol scio, sed hostium concrepuit, credo ipsum
Ad me exire. nulla sum PHI. uxor ubi me ad filiam
Ire sensit, se duxit foras. atque eccam uideo.
Quid agis mirrhina? heus tu, tibi dico MI. mihi ne mi uir?
PHI. Vir ego tuus sum? tu ne uirum me aut hominem deputas
Adeo esse? nam si utrumuis horum mulier umquam tibi uisus forem.
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. MI. quibus
PHI. At rogitas? peperit filia. hem taces? exquo MI. istuc patrem
Rogare est equum. perii. exquo censes nisi ex illo cui data est nuptum obsecro?
PHI. Credo. neque adeo arbitrari patris est aliter. sed demiror,
Quid sit quamobrem tantopere hunc omnes celare uolueris
Partum presertim cum et recte & tempore suo pepererit.
Adeon te peruinaci esse animo ut puerum preoptares perire,
Exquo firmiorem esse inter nos amicitiam post hac scires?
Potiusquam aduorsum tui animi libidinem esset cum illo nupta?
Ego etiam illorum esse hanc culpam credidi que te est penes.
MI. Misera sum PHI. utinam sciam ita esse istuc. sed nunc mihi inmentem uenit
Exhac re quod locuta es olim cum illum generum cepimus.
Nam negabas nuptam filiam posse tuam te pati
Cum eo qui meretricem amaret qui pernoctaret foris.
MI. Quamuis causam hunc suspicari quam ipsam ueram malo.
PHI. Multo prius sciui quam tu illum amicam habere mirrhina.
Verum id uitium numquam decreui esse ego adolescentie.
Nam id omnibus innatum est, at pol iam aderit tempus se quoque etiam
Cum oderit, sed ut olim te ostendisti nihil cessasti eadem esse usque adhuc.
Vt filiam ab eo abduceres, ne quod ego egissem esset ratum.
Id nunc res inditium fecit hec quo pacto factum uolueris
MI. Adeon me esse peruicacem censes ei cui mater siem
Vt eo essem animo, si excusu esset nostro hoc matrimonium.
PHI. Tun prespicere aut iudicare nostram in rem quod sit potes?

Illiq; exopto ut reliquam uitam exigat
Cum eo uiro me qui sit fortunatior.
Quando quidem illam a me distrahit necessitas.
PHI. Tibi in manu est ne fiat LA si sanus satis sies
Iube illam redire PA non est consilium pater;
Matris seruibo commodis LA quo abis? mane.
Mane inquam quo abis PHI que hec est pertinacia?
LA. Dixin phidippe hanc rem egre laturum esse eum.
Quamobrem te orabam ut filiam remitteres.
PHI. Non credidi edepol adeo inhumanum fore.
Ita me nunc is sibi supplicaturum putat?
Si est ut uelit uxorem reducere licet.
Sin alio est animo renumeret dotem huc eat.
LA. Ecce autem tu quoq; propter ue iracundus es.
PHI. Percontumax redisti huc nobis pamphile.
LA. Decedet iam ira hec. & si merito iratus est.
PHI. Quia paululum uobis accessit pecunie
Sublati animi sunt LA et iam mecum litigas.
PHI. Deliberet, denuntietq; hodie mihi uelit ne an non
Alii ut si huic non sit siet LA phidippe ades, audi
Pauci. abiit. quid mea? postremo inter se transigant
Ipsi ut lubet. quando nec gnatus neq; huic mihi quicquam obtemperant.
Que dico paruipendunt. porto hoc iurgium ad uxorem
Cuius hec consilio fiunt omnia. atq; in eam
Hoc omne quod mihi est egre euomam.

MIRRHINA. PHIDIPPUS.

Perii. quid agam? quo me uortam? quid uiro meo respondebo
Misera, nam audisse uocem pueri uisus est infantis uagientis.
Ita corripuit derepente tacitus se se ad filiam.
Q si rescierit peperisse eam id qua causa clam me habuisse dicam?

Terentius Afer, Publius
[Comoediae. leaf ...]

L34

Italy. 1480 A.D. Terence (Comoediae)

